 Item alia diffinitiois diuissio s̄m Tullii principalis  
 q̄ alie corporaliū rez sūt: alie incorporaliū. r̄ diffini  
 tionis qdē locus ita diuissus est. a p̄tibus aut locus di  
 uidit̄ i p̄titionē r̄ diuissioē. A nota vō locus simplex ē  
 ab affectis aut alii sunt a cōiugatis. alii a genere. alii  
 a forma. alii a simili. alii a dīa. alii a p̄riū. alii ab ad  
 iunctis. alii a cōsequentib? antecedētibus r̄ repugnā  
 tibus. alii a cā. alii ab effectis. alii a cōparatione pari  
 uz: maioroy vel minoroy. Genus vō diuidit̄ in suprema  
 genera: r̄ in ea q̄ ēt spēs esse p̄fit. Spēs quoqz diuidit̄  
 in vltimas spēs: r̄ in ea q̄ ēt genera esse p̄fit. Similitū  
 quoqz alia in singulis cōsiderant̄ r̄ vocāt̄ exempla  
 alia in pluribus: r̄ appellat̄ inductio. alia in diuictis  
 r̄ vocat̄ p̄portio. Itē dīaz: alie sunt substantiales:  
 alie r̄ si nō substantiales inseparabiles tñ: alie neqz sub  
 stāiales neqz iseparabiles. cōtrarioz alia dīr aduerfa  
 alia p̄uatiā alia negātia: alia relatiua adiūctoy vō  
 alia sunt q̄ an rem existunt: alia q̄ cū re: alia vō post  
 rem. Locus vō cōditionalis diuiditur in accēdēs p̄s  
 r̄ repugnās. cāz quoqz multiplex locus est. alie nāqz  
 sunt: q̄ vi sua efficiūt: alie sine qbus effici nō pōt. Eaz  
 vō q̄ vi sua efficiūt: alie sunt necessarie nibilo indigē  
 tes: vt efficiant. alie vō indigentes vt efficiāt. alie vō  
 indigētes r̄ nō necessarie. Eoz vō sine qbus nō effici  
 tur: alie sunt mobiles: alie imobiles. Item cāz alie  
 sunt nō spontanee: ex volūtate: alie ex p̄turbatione:  
 alie ex habitu: alie ex nā: alie ex arte: alie ex casu.  
 Rursus cāz alie sunt cōstantes: alie inconstātes. Am  
 plius cāz alie sunt volūtarie: alie ignorate. Ignora  
 taz pars in casu: ps in necessitate ē constituta. Neces  
 sariay pars in vi: pars in scitu posita. ē effecta vō in  
 tm̄ diuidi p̄fit: quātū al̄ supius dictas cās r̄feruntur.  
 locus vō a cōparatione minoroy pariū atqz maioroy di  
 uiditur in numez spēm vīm ad res alias affectiones.  
 Que cū ita sint cūqz nihil sit in diuissioe p̄termisum  
 recte. M. L. p̄titionē cōclufit dicens nullā argumen  
 ti sedē esse preteritā. restat igr̄ locus q̄ extrinsecus su  
 mitur: quē qm̄ nihil iuris cōsultis ē vtilis. nō T rebatū  
 tū cā: sed neqz p̄fecto opi deesse videatur adiungit.  
**S**ed qm̄ ita a principio diuissim?: vt alios locos  
 diceremus in eo ipso: de quo ambigif herere. de q  
 qbus satis dictū ē: alios assumi extrinsecus: de his  
 pauca dicam?: r̄ si ea nihil oīno ad vestras disputa  
 tiōes p̄tinēt. sz tñ totā rē p̄ficiamus quāquidē cepi  
 mus. Neqz. n. tu is es quē nihil nisi tus civile dele  
 ctet. Et qm̄ hec ita ad te scribunt: vt ēt in aliorum  
 manus sint v̄tura: deē opa vt quāplurimum his:  
 quos recta studia delectant: p̄desse possimus.  
**C**ille locus nihil iuris perito p̄futurus negligentē sui  
 faceret trebatū: veluti qbusdam p̄hemū machinis  
 orator reddit attentū. ait. n. ita sese diuississe in princi  
 pio: vt alios locos in ipsis herere diceret: de qbus age  
 retur: alios extrinsecus assumi. Et cū de supioribus  
 locis idonee disputatū sit: intractatā reliquā partez  
 nō oportere p̄teriri. Neqz. n. hunc esse trebatū q̄ sua  
 arte cōtentus ceteroy studia negligat: v̄z diligentia

## In topica ciceronis commentariorum liber. vi.

atque ingenio plurimum valens cuncta ad se pertinere dicat: quae liberalibus studiis annumerauerunt. simul danda esse opera dicit: quoniam beniuolo animo Licéronis opus trebati esset editurus: ut cum in multorum manus venisset prodesse his in integrum posset: quae rectis studiis tenerentur: hoc quoque trebatio beneficium nomine procedere: quod ad eum scripta: et per eum edita pro futura plurimis describeret.

**H**ec ergo argumentatio: quae de artis expertis in testimonio posita est. Testimonium autem nunc dicimus esse: quod ab aliqua re externa sumitur ad faciendam fidem.

**E**xtrinsecus positum argumenti locus: quae. **M. T.** vocat artis expertem: in testimonio positum esse pronunciat. Dubitari autem potest quod hic locus a superioribus differat quos in affectis locauit. Nam uti affecta semper in relatione sunt constituta: ita et testimonia ad ea quorum sunt testimonia referuntur. Quod enim testimonium testate rei est testimonium. Quocirca cur aut ea quae affecta dudum vocata sunt: non extrinsecus collocentur: aut ea quae nunc vocantur extrinsecus: non inter affecta ponantur: quiri potest. Cum praesertim ea quae adiuncta esse negotio superius diximus: veluti quoddam testimonium sepe rebus afferant: cum ex eorum quae praecesserunt: vel consecuta sunt signis: quid gestum sit considerari solet. Quorum omnium compositio solutio est: quod ex affectis argumenta quae sunt ab oratore inueniuntur: eiusque ope atque industria nascuntur. Ea vero quae extrinsecus posita sunt: rei tantum testimonium praebent. Illud enim inueniunt ab oratore: sed his orator utitur positus atque ante constitutus. Nam quae a genere: vel a specie: vel a ceteris affectis argumenta sunt: ab ipso quodammodo oratore pariuntur. Testimonia vero sibi ipse non efficit sed ad eas utitur ante praeparatis: quo fit ut argumenta ex affectis in causa statim: atque ex tempore nascantur: ea vero quae in testimoniis posita sunt ante rem praesentia: confirmatio usum negotio posterius praesentent. et in adiunctis ab oratore coniectura colliguntur: et auditorum mentibus intimantur. Testimonia vero si in coniectura: aut in suspicionibus: sed in rei geste narratione consistunt. Offendit autem vehementius quod esset testimonium: cum dicitur: id a se testimonium vocari: quod ab aliqua externa re sumitur. Oportet quippe affecta: ab eis ad quae affecta sunt: non videtur externa. Testis vero nulla cum re testificata cognatione coniungitur nisi sola noticia quae nihil ad res quae gesta est attinet: Cum si gestum negotium nullus agnosceret: nihilominus tamen gesta res esset. sed id poterat et ad similitudinem duci. Quid enim minus esset aliquid: si ei si simile nihil reperiret: sed quod simile est: ei cui simile est eadem qualitate coniungitur. Quae qualitas utriusque compositio mat. Scia vero quae quis efficiat testis: nulla tamen qualitate coniungitur cum re: cuius illa noticia est. Neque enim scientis noticia rei geste qualitas dici potest: Cum si noticia qualitas rei posset intelligi pereantibus his quae re norunt: res vel intueretur: vel mutaretur: quod neutrum euenire necesse est. Quoniam quod de absuptionis scientibus res ignorata poterit permanere.

**P**ersona autem: non qualiscumque est: testimonii pondus habet. Ad fidem enim faciendam auctoritas queritur. sed auctoritatem aut natura: aut tempus affert. Naturae auctoritas in virtute est maxima. In tempore autem multa sunt quae afferant auctoritatem: ingenium: opes: etas: fortuna: ars: usus: necessitas: Concursum etiam nonnumquam fortuitarum rerum.

**Q**uoniam locum artis experte in testimonio esse positum dixit: In testimoniis vero personarum fidem suam interponentium auctoritas queritur: necessarium fuit: quibus res

bus fieri soleat auctoritas expedire etc. quidem clarissime atque aptissime dicta sunt. Sed quod auctoritatem in namque temporibus diuisit. Cumque in tempore ingenium. opes. et etas fortunam artem. usum. necessitatem. concursione et non nunquam re: fortuitarum locauit queri potest. Quid enim attinet ad tempora ingenium. Quid ars. quod usus. Nam etas atque opes fortuna: et fortuitarum re: concursio subiecta sunt temporibus. Quoniam vni quodque horum variis temporum vicibus permutat. Ingenium vero nunc potius oportuit tribui. artem atque usum tertium quoddam: quoniam neque temporibus neque nunc subiacentur. Quoniam virtus quoque ipsa. quae. **M. T.** in nunc ratione constituit quibusdam non naturalis: sed tamen doctrina tamen recta exercitatio ne viuendi videatur ascita. Sed haec ita intelligenda diuisio est: quod omnis auctoritas aut ex magnis atque excellentibus rebus et per nam optimis venit: aut ab his quae inferiori loco sunt constituta fide non ex nunc qualitate sed ex vulgo sitis opinionibus capit. Et maximas quidem excellentesque res in nunc constituit. quae semper ut ipse Tullius multis in locis defendit: boni est appetens. at vero quae posteriora sunt sub tempore posuit. Idcirco quod omnia temporibus subiecta principalis boni non retinet statum. Virtus quae de in deterius flecti non potest. Ingenium vero atque opes fortuna et ars. et usus sepe non recta exercitatio deprauiant. Nam quicquid horum fuerit a virtute seiuinctum: dignitatem vere laudis amittit. et de virtute quidem disulit dicere. Posteriori vero partem. id est in tempore posite auctoritatis diuisit: et euidentissimis patefecit exemplis. Nam et ingenii fides adest. atque ex ea praesto est auctoritas plurima. eos quippe sapientius loqui homines credunt: quorum ingenium ad expedienda quae proposuerint sufficit. opibus quoque potentibus dignos fide iudicant. fortuna quoque et dignitate praeclearis maiestatem auctoritatis inprimis si recte fortasse sed et iudicium in negociis et existimatio vi te opinione hominum maxime continetur. quae quae mutari non potest ad ea cuncta rediget: eaque sibi tractanda regendaque proponet orator. ars et atque usus plurimum valent. In utrisque enim fide noticia facit. Necessitas quoque quasi id quod latebat: extorquet auctoritate subnixa est. quae tamen ab animo: tamen a corpibus venit. a corpibus cum igni ferro ac verberibus vix quod latet aperit. ab animo cum mens quaedam perturbationis vel ignorantiae cecitate confunditur. Tunc enim quod dici: quid taceri debeat: minime distinguens vix quod occultum erat: prodit: atque effundit in lucem. Nam iracundia sepe et quilibet aut perturbationis: quae occultam dum foret haud continet. quae idcirco habet auctoritatem ad fidem: quae simpliciter prodita sunt: Nec vlla calliditatis arte per lata. quoniam et ignorantia puerorum: vinolentia: somnus quaedam sepe produxit in medium: in quibus si iudicium fuisset vllum prolata non eent. Sepe et homines praeter vllam aut perturbationem imprudentes propria confessio obligati sunt: dum cuncta simpliciter effundunt: quae sibi nocitura non estimant: ut staterio euenisse proposuit: quae interposito pariete testibus audientibus ea confessus est imprudens se ab insidiaribus audiri. quibus vulgaris in iudiciis platis capitali sententia condemnatus est. atque haec quidem ignorantia in necessitate est constituta. Nam qui nescit id quod ignorat: ne si velit quidem poterit euitare. Quae autem necessitas extorquet: ipsa quodammodo vix veritas dicere. atque id est veluti auctoritate subnixa fides adhibetur. Concursum et re: fortuitarum facit fidem: quae cum aliquotiens falsa definet: tamen ita est vehemens: ut se ab ea veritas explicare vix possit. quae est quod de palamede narrat. per hunc certum quod quasi a priamo missus videretur. repte priami lre per hunc manum imitata: quae concurrentia fide faceret perditionis. Hinc dicit. talis est fortuitarum re: concursio est.

**N**am

**N**am et ingeniosos et opulentos: et etatis spatio probatos dignos quibus credatur putant: non recte fortasse: sed vulgi opinio mutari vix potest: ad eamque omnia dirigunt: et qui iudicant. et qui existimant. Qui enim rebus his quas dixi: excellunt: ipsa virtute videntur excellere. sed reliquis quoque rebus: quas modo enumeravi: quamquam in his nulla species virtutis est: tamen interdum confirmatur fides: si fortuna aut ars quedam adhibetur. Magna est enim vis ad persuadendum scientie: aut usus: plerumque enim creditur his qui experti sunt. Facit etiam necessitas fidem: que tum a corporibus tum ab animis nascitur. Nam et verberibus: tormentis: igni fatigati: que dicunt: ea videtur veritas ipsa dicere. Ea que etiam a perturbationibus animi sunt: dolore: cupiditate: iracundia: metu: quia necessitatis vim habent: afferunt auctoritatem et fidem. Cuius generis illa etiam sunt: ex quibus verum nonnunquam inuenitur: pueritia: somnus: imprudentia: vinolentia: insaniam. Nam et parvi sepe indicauerunt aliquid quod pertinet ignorari. et per somnum. vinum. insaniam multa sepe patefacta sunt. multi etiam in res odiosas imprudenter inciderunt. ut staterio nuper accidit. qui ea locutus est bonis viris subauscultantibus pariete interposito quibus patefactis in iudiciumque prolatis ille rei capitalis iure damnatus est. huic simile quoddam de Lacedemonio Pausania accepimus. concursio autem fortuitorum talis est. ut si interuentum est casu cum aut ageretur aliquid quod proferendum non esset aut diceretur. In hoc genere etiam illa est in palamedem coniecta suspicio num proditoris multitudo. Quod genus refutare interdum veritas vix potest. huius etiam generis est fama vulgi quoddam multitudinis testimonium. Que autem virtute fidem faciunt. ea bipartita sunt. ex quibus alterum natura valet. alterum industria. Deorum enim virtus natura excellit: hominum autem industria. Diuina hec fere sunt testimonia. primum orationis. oracula enim ex eo ipso appellata sunt. quod inest his deorum oratio. Deinde rerum in quibus insunt quasi quedam opera diuina. Primum ipse mundus. eiusque omnis ordo et ornatus. Deinceps aerei volatus auium atque cantus. Deinde eiusdem aeris sonitus et ardores multarumque rerum in terra portenta. atque etiam per exta inuenta presensio. a dormientibus quoque multa significata visis. Quibus ex locis sumi interdum solent ad fidem faciendam testimonia deorum. in homine virtutis opinio valet plurimum. Opinio est autem. non modo eos virtutem habere qui habeant. sed eos etiam qui habere videantur. Itaque quos ingenio: quos studio. quos doctrina preditos vident. quorumque vitam constantem et probatam. ut Latonis. Lelij. Scipionis. aliorumque plurium. videntur eis esse. quales seipsi velint. Nec solum eos censent esse tales qui in bono

ribus populi reque publica versentur. sed oratores et philosophos et poetas et historicos ex quorum dictis et scriptis sepe auctoritas peritur ad faciendam fidem. Expositis omnibus argumentandi locis illud primum intelligendum est nec vlla esse disputationem in qua non aliquis locus incurrat nec fere omnes locos incidere in omnem questionem. et quibusdam questionibus alios quibusdam alios esse aptiores locos. Questionum duo sunt genera. Alterum infinitum. Definitum alterum. Definitum est quod hypothesis greci. nec causam. infinitum quod Thesis illi appellant. nos propositum possumus nominare. Causa certis personis locis temporibus actionibus. Negocii cernitur aut in omnibus aut in plerisque eorum. propositum aut in aliquo eorum aut pluribus. nec tamen in maximis. Itaque propositus pars est cause. sed omnis questio earum aliqua de re est quibus cause continentur. aut vna aut pluribus aut nonnunquam omnibus. Questionum autem quacumque de re sint. Duo genera sunt vnum cognitionis. Alterum actionis. Cognitionis sunt hec quarum est finis. scientia ut si queratur an a natura ius profectum sit. an ab aliqua quasi conditione hominum et pactione. Actionis autem huiusmodi exempla sunt. Sit ne sapientis ad rempublicam accedere? Cognitionis Questiones tripartite sunt aut sit ne. aut quid sit. aut quale sit queritur. harum prima coniectura. secunda diffinitione. tertia iuris et iniurie distinctione explicatur. Coniecture ratio in quattuor partes distributa est. Quarum vna est cum queritur. Sit ne aliquid. Altera vnde ortum est. Tertia que id causa effecerit. Quarta in qua de mutatione rei queritur. Sic nec ne sit ut quidnam sit honestum. et quid equum re vera. an hec tantum in opinione sint. Unde autem ortum sit. ut cum queritur. natura an doctrina possit effici virtus. Causa autem efficiens sic queritur quibus rebus eloquentia efficiatur. De commutatione sic. Possit ne eloquentia commutatione aliqua conuerti in insaniam. Cum autem quid sit queritur. notio explicanda est et proprietas et diuisio et partitio. Hec enim sunt diffinitioni attributa. additur etiam descriptio quam *ὑπερθεωρημα* greci vocant. Notio sic queritur. Sit ne id equum quod ei qui plus potest vtile est. Proprietas sic. In hominem ne solum cadat. an etiam in bestias egritudo. Diuisio et eodem pacto partitio. tria ne genera bonorum sint. Descriptio qualis sit Auarus. Qualis assentator ceteraque eiusdem generis in quibus natura et vita describitur. Cum autem queritur. Quale quid sit aut simpliciter queritur aut comparate. Simpliciter expectanda ne sit gloria. Comparate preponenda ne sit diuitijs gloria. Simplicium tria genera. De expectando fugiendoque. De equo et iniquo. de honesto et turpi. Comparationum autem duo vnum

## In topica cicero. commentarioꝝ liber. vi.

de eodem et alio alterum de maiore et minore. De expetendo et fugiendo huiusmodi. Si expetende diuitie fugienda paupertas. De equo et iniquo. equum ne sit vlcisci a quocunq; iniuriam acceperis. de honesto et turpi. Honestum ne sit pro patria mori. Ex altero autem genere quod erat bipartitum vnum est de eodem et alio vt si queratur. quid intersit inter amicum et assentatorem. Regem et Tyrannum. Alterum de maiore et minore. vt si queratur eloquentia ne pluris sit. an iuris ciuiliis scientia. de cognitionis questionibus hactenus. Actiones relique sunt. Quarum duo genera. Vnum ad officium. alterum ad motum animi vel gignendum vel sedandum planeue tollendum. Ad officium sic vt cum queritur. Suscipiendi ne sint liberi: ad mouendos animos cum fiunt cohortationes ad defendendam rempublicam ad laudem ad gloriam. Quo ex genere sunt querele incitationes miserationesq; flebiles. rursumq; oratio. tum iracundiam restringens: tum metum eripiens: tum exultantem leticiam comprimens: tum egritudinem abstergens. hec cum in propositis questionibus genera sint eadem in causis transferuntur. Loci autem qui ad quasq; questiones accommodati sunt: deinceps est videndus. Quis illi quidem ad plerasq; sed alij ad alias: vt dixi aptiores. Ad coniecturam igitur maxime apta: que ex causis: que ex affectis: que ex coniunctis sumi possunt. Ad diffinitionem autem pertinet ratio et scientia diffiniendi: atq; huic generi finitimum est illud: quod appellari de eodem et de altero diximus. Quod genus forma quedam diffinitionis est. Si. n. queratur Idem ne sit pertinacia et perseverantia: diffinitionis iudicandum est. Loci autem conuenient in eius generis questione: quoniam: antecedentis: repugnantis: Adiecti et hi qui sumuntur ex causis et effectis. Nam si hanc rem illa sequitur. hanc autem non sequitur. aut si huic rei res illa antecedit: huic non antecedit: aut si huic repugnat. illi non repugnat. aut si huic rei hec. illius alia causa est. aut si ex alio hoc. ex alio illud effectus est. Ex quouis horum id de quo queritur. idem an illud sit. inueniri potest. At tertium genus questionis. in quo quale sit. queritur. In comparatione ea cadunt. que paulo ante in comparationis loco enumerata sunt. In illud autem genus in quo de expetendo fugiendoque queritur adhibentur ea. que sunt. aut animi. aut corporis. aut externa vel comoda vel incommoda. Itemque cum de honesto turpique queritur. ad an bona aut mala omnis oratio dirigenda est. Cum autem de equo et iniquo differitur. egritatis loci colligentur. Hi cernuntur bipartite. et natura et institutio. Natura partes habet duas tuitionem sui et vlciscendi ius. Institutio autem equitatis tripartita est. vna pars legitima est. Altera conueniens. Tertia moris vestitate firmata atque et rursus equitas tripartita esse. vna ad superiores deos. altera ad manes. tertia ad boves pertinere. Prima pietas. secunda sanctitas

tertia iusticia aut equitas noiatur. De proposito factis multa deinceps de causa pauciora dicenda sunt. pleraque. n. sunt ei cum proposito comitia. Tria igitur sunt genera carum. Iudicij. Deliberationis. Laudationis: quarum fines ipsi declarant: quibus utendum locis sit. Nam iudicij finis est ius: ex quo et nomen: Juris autem partes tum exposite cum equitatis. De liberandi finis utilitas: cuius he partes: que modo sunt exposite rerum expetendarum. Laudationis finis honestas: de qua ite est antedictum. Sed diffinitive questiones a suis quoque locis: quasi propriis: instituntur: Que in accusatione: defensionisque partite. In quibus existunt hec genera. vt accusator personas arguat facti: defensor aliquid opponat de tribus: aut non esse factum: aut si sit factum: aliud eius facti nomen esse. aut iure esse factum. Itaque: aut inficialis: aut conjecturalis prima appellet. diffinitiva altera. Tertia que quis molestum hoc nomen sit: Juridicialis vocetur. Harum carum propria argumenta ex his sumpta locis: quos exposuimus. in preceptis oratorum explicata sunt. Refutatio autem accusationis in qua est depulsio criminis: que grece stasis dicitur appelletur latine Status. in quo primum insistit: quasi ad repugnandum congressa defensio. Atque in deliberationibus et laudationibus iudem existunt status. Nam et negantur sepe ea futura: que ab aliquo in sententia dicta sunt fore: si aut oino fieri non possunt: aut sine summa difficultate fieri non possunt. In qua argumentatione status conjecturalis existit: aut cum aliquid de utilitate: honestate. equitate differitur. Deque his rebus que sunt his contrarie: Incurrunt status aut iuris: aut nominis: quod idem contingit in laudationibus. Nam aut negari potest id factum esse quod laudetur. aut non eo nomine efficiendum: quo laudator affecerit: aut omnino non esse laudabile: que non recte: nec iure factus sit. Quibus generibus versus est nimis imprudenter Cesar contra Catonem meum. sed que ex statu conjectio efficitur. ea greci εἰρημὸν non vocant: mihi placet id que quidem ad te scribo qua de re agitur vocari. Quibus autem hoc: qua de re agitur continetur: hec continentia vocentur: quasi firmamenta defensionis: quibus sublati defensio nulla sit. Sed que lege firmitus in controuersis disceptandis esse nihil debet: danda est opera: vt legem adiutricem et testem adhibeant. In qua re alij quasi status existunt noui. sed appellantur legitime disceptationes tum. n. defenditur: non id legem dicere: quod aduersarius velit: sed aliud: Id autem contingit cum scriptum ambiguum est: aut due sententie differentes accipi possunt: tum opponitur scripto voluntas scriptoris: vt queratur verba ne plus: an sententia valere debeant. tum legi lex contraria assertur. Ita sunt tria genera: que controuersiam in omni scripto facere possunt. Ambiguus. Discrepantia scripti: Et voluntati scriptura contraria. Jam hoc perspicuum est: non magis in legibus que in testamentis: in stipulationibus



stipulationibus: in reliquis rebus que ex scripto aguntur: posse controuersias easdem existere. Horum tractationes in aliis libris explicantur. Nec soluz ppetue actiões: sed et ptes orationis iisdem locis adiuuant ptijs ppijs: ptijs cõibus. At in principiis quibus ut beniuoli. ut dociles. ut attentis sint qui audiant. efficiendum est propriis locis: Itemqz narrationes. ut ad suos fines spectent idest ut plane sint: ut breues. ut euidentes. ut credibiles: ut moderate. ut cum dignitate. Que q̄q̄ in tota oratiõ de bent esse. magis sunt propria narrandi. Que autẽ sequitur narrationem. fides ea persuadendo. quoniam perficitur qui ad persuadendum loci maxime valeant. Dictum est in his. in quibus de omni ratione dicendi. peroratio autem et alia quedaz habet: et maxime amplificationem. Cuius effectus hic debet esse. ut aut perturbentur animi aut tranquillentur. et si ita iam affecti ante sint. ut augeat eorum motus. aut sedet oratio. Huic generi in quo et misericordia et iracundia et odium et inuidia et cetera animi affectiones perturbantur: precepta supeditantur alijs libris quos poteris mecum legere cum voles. Ad id autem quod te velle senseras cumulate satisfactuz esse debet voluntati tue. Nam ne preteriret aliquid quod ad argumentum in omni ratione reperiendum pertineret plura quam a te desiderata erant. sum complexus. seciqz quod sepe liberales venditores solent. Ut curz edes fundum vendiderint rutis cesis receptis. Concedant tamen aliquid emptori quod ornandi causa apte. et loco positum esse videatur. Sic tibi nos ad id quod quasi mancipio dare debuimus. ornamenta quedam volumus non debita accedere.

Finis Topice.

Etiusdem de differentiis Topicis liber primus.

alteram vicissim possit includere. et nunc quidẽ nõ in singulis imozabimur: sed de tota diuisione cõiter differemus. Locoz tñ ex quibus argumenta nascuntur diffinitiones: exẽpla dñasqz colligentes. Singula vo pro qualitate opis diligentius in his. viii. voluminibus expedita sunt: qbus Aristotelis topica in latinaz vertimus orationẽ: vel his. vii. quibz. M. Tullii Topicis lucẽ plene expositionis infudimus Illic igit cuncta sunt ppijs atqz enodatis partibus expedita. Hic vero q̄ alias per mẽbra patefacta sunt: cõi speculatione tractant. Nec dialecticos solũ locos: sed et rhetoricos quoue hi inter se atqz a dialecticis differat: cura est erequẽdi: ut oibus vndiqz locis plena cõsideratõe propositis eozqz dñis inter se et cõitibus pernotatis et argumentoz copia comparetur et locoz clara possit esse distinctio. Ut igit cuncta perspicuis rõnibus constent: paulo altius ordiendũ est. Cõpropositio est oratio vey falsumue significans: ut si qs dicat celũ esse volubile. hec et enunciatio et proloquiũ nũcipatur. Questio vo est in dubitationem ambiguitateqz adducta propositio: ut si qs querat: an celũ sit volubile. Conclusio est argumẽtis approbata ppositio: ut si qs celum ab alijs rebus probet eẽ volubile. Enunciatio q̄pe siue sui tñ cã dñ: siue ad aliud aferatur approbandũ ppositio est: si de ipsa q̄ratur q̄stio est: si ipsa eẽ approbata cõclusio est. Idẽ igit est ppositio q̄stio et conclusio: sed differunt mõ supradictõ.



Argumentum est ratio rei dubie faciens si dẽ. Mõ vero idẽ est argumentũ et argumẽtatio. Nam vis hñe ratioqz ea q̄ clauditur oratione cũ aliquid probat ambiguum argumentũ vocatur. Ipsa vero argumenti elocutio: argumentatio dñ. Quo fit ut argumentum quidẽ virtus et mens argumentationis sit atqz hñe. Argumẽtatio vo argumenti per orationẽ explicatio. Cõlocus aut sedes argumenti vel id: vñ ad propositã q̄stionem conueniens trahitur argumentũ. Que cũ ita sint: singuloz nã diligentius tractãda est: eozqz per spẽs ac mẽbra figurazqz diuisio facienda. Ac ppiõ d̄ ppositione dicendũ est. Hanc esse diximus orõnem vey vel mendatiũ continentẽ. Huius due sunt spẽs affirmatio vna: altera vero negatio. Affirmatio ut si quis sic efferat celum esse volubile. Negatio si quis ita pronunciet celũ volubile non esse. Hanc vero alie sũt vniuersales: alie particulares: alie indefinite: alie singulares. vniuersales ut si quis ita pponat. ois hõ iustus est: nullus hõ iustus est. Particulares vero ut si quis hoc mõ dicat. Quidã hõ iustus est. Quidam hõ iustus non est. Indefinite hoc mõ. homo iustus eẽ. hõ iustus non est. Singulares vero que indiuiduz: aut quid singulare pponunt: ut Lato iustus est. Lato iustus nõ est. Et. n. Lato indiuidus est ac singularis. Harum vero alias predicatiuas: alias conditionales. Cõpredicatiue sunt que simpliciter proponuntur. i. quibus nulla vis conditionis adiungitur: ut si quis celum esse volubile simpliciter dicat. At si conditio huic copulet: fit ex duabus ppositionibz vna pditionalis hoc modo. Celum si rotundũ est volubile eẽ. Id enim conditio hec efficit: ut ita deum celum volubile esse intelligatur si sit rotundum. Quoniam igitur alie propositiones predicatiue sunt: alie conditionales: predicatiuarum partes terminos appellamus hi sunt predicatus terminus et subiectus. Terminos autem verba voco et nomina quibus propositio connectitur: ut in ea propositione qua dicimus. hñmo in



Omnis ratio differendi quã logicen peripatetici veteres appellauerunt in duas distribuit partes: vnã inueniendi: alteraz iudicandi: Et ea quidẽ pars que iudicium purgat: atqz instruit: ab illis analyticè vocata est: a nobis põt re solutoria nũcipari. Ea vero q̄ inueniendi facultatẽ subministrat: a grecis topice: a nobis localis dñ. Ac de illa qdem parte q̄ iudicandi magistra est: alias disputabitur. Nunc vo consiliũ est aperire q̄ sint loci: et que eoz dñe et qui et quibz apti sint syllogismis. Nec id simp̄r atqz vniiformiter vñ esse faciendũ: vey duplex est tradenda partitio: vna qdem a grecis voluminibus eruta. Altera vo ex. M. T. topicis sumpta. Atqz in his illud ad perfectionẽ speculationis est astruendũ: ut qbus vtraqz modis diuisio differat: qbusqz conueniat explicet quoqz mõ. altera